Fragmentarium

Nota Triplicia sunt precepta scilicet Moralia Judicialia
et Cerimonialia Moralia sunt que docent operare opera
virtuosa et manent usque ad finem seculi et obligant ista tenere
Judicialia sunt que conservant homines in pace et concordia et hec
continent iudices et superiores Et sic olim iudicabat
scilicet manus pro manu oculus pro oculo pes pro pede etc Et ista
iam non obligant tenere ymo sunt nobis inhibita sub peccato
mortali Nisi quod princeps vel superior mandaret fieri ut quando
princeps aliquem mandaret furem suspendi etc Cerimonia-
lia sunt que fiebant pro paratu exteriores quia bona futura
ut filii Israel debebant comedere in die pasche quadragesima die
integrum agnum cum lactuca et agrestibus Et fuerunt signum
novi testamenti scilicet passionis christi ut sic quilibet obligatur accipere
sacramentum cum contritione etc Et ista duo precepta finita sunt
quando discipuli in orbe ad predicandum dimissi sunt et non obligant
ea tenere etiam sub pena peccati mortalis Notandum secundo
quod precepta moralia sunt ~~duo~~ quadruplicia Prima sunt precepta
legis nature ut sic credo quod tibi non vis fieri nunquam facias alys ut
facias alys quod tibi vis fieri Et ut respectum habeat ut non inferat
proximo petiro vel que sunt contra deum ut si pater percutit puerum
propter virtutes docendas et non causa ira si puer percuteret patrem
peccaret Etiam dominus precipit servo ut domina ancille ad serviendum
operis sed non ergo contra hoc propter peccatum venit Et dominus est servum
primo auditum est sed non postea etc annis [...] seculi Et primus Noe
plantavit vites et utebatur semel vinum illius vitis et semel
inebriebatur et postea obdormivit et denudata sibi fuerunt
sua pudibunda Tunc filius suus Cham hoc vidit et ad
duxit alios duos fratres suos hoc deridendo et eum deridendo
Tunc alii duo fratres atterga euntes et pallio sibi sua pudi-
bunda texerunt postquam excitatus postea hec expertiscebat maledixit
filio suo Cham quia ita eum detexit dicendo Esto servus fratrum tuorum
et tunc primo inventum est dominus et servus quod mansit in hodiernum diem

KAISERLICHE KOENIGLICHE HOFBIBLIOTHEK

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3632, Cod3632_2r – Grammatica (auctori incerti)
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-m7ji/2724/31082)